



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Ignatius Loyola. 31. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

31. Iulii. VITÆ SANCTORUM. 477
vixit, contra imminentes urbi hostes ipse exercitum duxit, signa ipse tulit, utque animos civibus faceret, sæpè sapius cum suis *Alleluia* insonuit, itaque ferè unus rectè Epiniciam ante victoriam cecinit. *Ex Surio.*

Diem ex die ne differas; sed quàm celerimè ad Dominum te converte, antequam severissimi Iudicis sententia pronuncietur, quæ te vocet ad reddendam orationem talentorum, quæ tibi dedit; & vinclis manibus & pedibus in tenebras exteriores extrudaris. S. Ephrem de Pœnit. & Conf.

S. IGNATIUS LOYOLA C.

31. Iulii.

IGNATIUS è nobili milite Societatis *Iesu* Dux animi sanitatem pedum debet vulnere; hujus curationem. D. Petro, vitæ immutationem piorum librorum lectioni, castitatis verò donum *Virginis Magnæ*, quæ cum Filiolo suo spectandam illi se dedit. Ad hujus aram cum opima spolia (arma sibi detracta) suspendisset, inter miros pœnitentiæ rigores, *Mariæ* dictante, libellum illum *Asceticum* scripsit, quem ne libro satis laudes. Cùm horas *Virginis* percurreret, ad arcanum S. Triadis aspectum admiffus est. Eiusdem Sabbatho extra se raptus, non nisi altero Sabbatho ad corpus rediit, animarum lucro inhians, vir anno-
rum

478 VITÆ SANCTORUM. 31. Iulii.
rum XXXIII. literas discere est aggres-
sus; mox socios scribere, parvas copias,
sed ingens orbi laboranti præsidium, &
cui *Iesus* ipse propitium Romæ se fore
appromisit. Unicum ei symbolum fuit,
Major Dei Gloria; perquam familiaris
illa cum lacrymis vox *Hen quàm sordet*
terra, cùm calum aspicio! Hoc obtinuit
an. M. D. LVI. vir divinis ostentis, vati-
ciniis, miraculis clarus & natus Ecclesiæ
bono. Nam sanctior juventutis educatio,
reductæ ab exilio Musæ, proscriptæ hæ-
reses, assertus DD. & templorum cul-
tus, frequens iterum Sacramentorum
usus, demum uterque orbis, ille
CHRISTO subactus, hic servatus, &
quidquid in utroque filii vel faciunt
fortiter vel pariuntur, id omne IGNA-
TII est opus. De Sodalitatibus *Virgi-
nis* quid dicam? quisquis ex his *Mariam*
Matrem clamas, rectè IGNATIUM
patrem dices. *Ex vitâ.*

*O ingratiſſimum! ô duri cordis homi-
nem! qui nondum intelligit, se ad la-
bores perpetiendos, atque ad gloriam
Domini Nostri Iesu Christi summo co-
natu querendam & amplificandam longè
maximè obligatum!* Ex Epist. S. P. Ig-
natii de perfect. Religiosâ.

S. IOAN-